47

In nomine Domini amen. Ad pepetuam rei me-
moriam. Quamvis regiæ maiestatis benignitas, ex
assumpti officii dignitate, universorum, quos sibi
divinæ providentiæ subiecit authoritas, debeat
intendere profectibus. Illis tamen singulari de-
bito quodammodo se fatetur obligatam, qui mun-
di abrenunciatis honoribus, et concupiscentiis, vi-
tæ regularis elegerint disciplinam, quam cum
plena devotione amplectentes, sedulitate orati-
onum, quibus quotidiano studio intendunt, atque
vacant, ac pro statu atque pace populi, apud
creatorem omnium supplices intercedunt, pro
salut[e]que eorum, salvatoris clementiam non ces-
sant exorare. Proinde nos Vladislaus Dei
gratia rex Poloniæ, nec no terrarum Cracoviæ,
Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiaviæ, Litva-
niæque princeps supremus: Pomeraniæ Rus-
siæque dominus et hæres, etc. Significamus te-
nore præsentium quibus expedit universis, præ-
sentibus et futuris, præsentium noticiam habi-
turis. Quomodo cupientes nobis diem extremi
iudicii, pietatis operibus prævenire, speciali zelo
devotionis accensi ad instantes petitiones reve-
rendi in Christo patris domini Michaelis Dei
gratia Kiiovienss episcopi, sincere nobis dile-
cti: religiosis viris præposito et fratribus ho-
spitalis sancti Spiritus, ordinis sancti Augu-
stini sacri sepulchri Dominici Hierosolymitani,
et eorum ecclesiæ sanctæ Crucis in Żarnowiec
situatæ, duos mansos seu laneos liberos, men-
suræ communis, in regno nostro Poloniæ curren-
tis, unum videlicet Jaschowski, et alium Co-
smalowski, in villa nostra Gewartkowa Wo-
lia dicta, cum omnibus et singulis præscripto-

rum

Monastica.

Lisowski

rum lancorum censibus, fructibus, reditibus, pro„
ventibus, solutionibus, datiis, et contributionibus,
nec non attinentiis, pertinentiis, appenditiis co„
hærentiis, et connexis, ad eosdem lancos, quomo„
dolibet ab antiquo spectantibus, videlicet agris,
pratis, campis, pascuis, dumetis, et virgultis,
ex opposito lancorum prædictorum, et in ipso„
rum confiniis iacentibus, prout dicti lanei
ab aliis longe, late, et circumferentialiter sunt
distincti et locati, iure irrevocabili perpetuo
damus, inscribimus, tribuimus, et donamus per
ipsum præpositum ac fratres hospitalis præ„
dicti et eorum ecclesiam, ut præfertur, sanctæ
Crucis, tenendi, habendi, utifruendi et perpe„
tuis temporibus possidendi, alienandi, commu„
tandi, et ad usus eiusdem præscriptæ eccle„
siæ convertendi, prout ipsis præposito cum
fratribus, et eorum ecclesiæ melius et utilius
videbitur expedire. Nostro tamen consensu ad
id accedente speciali: ratione cuius, præfati
præpositus cum fratribus, singulis septimanis
duas missas, unam videlicet feria secunda
pro animabus inclytarum, Hedvigis, Annæ
et Elisabeth divæ memoriæ olim reginarum
Poloniæ consortum nostrarum, ac omnium
fidelium defunctorum in Christo ubilibet re„
quiescentium, et aliam sabbativis diebus, pro
sanitate nostra, et inclyti nati nostri ac præ„
claræ dominæ Sophiæ matris ipsius con„
sortis nostræ charissimæ præclaræque He„
dvigis natæ nostræ. Nec non serenissimi prin„
cipis domini Alexandri alias Vithoudi magni
ducis Lituaniæ, illustris fratris nostri charis„
simi, cum cæteris amicis nostris perpetuo de„
cantare tenebuntur. Ipsorum conscientias ad
præmissa onerantes. Harum quibus sigillum

nostræ

nostræ maiestatis est appensum testimonio lite-
rarum. Actum in Zarnowiec dominico die, quo in
ecclesia Domini decantatur lætare Jerusalem,
anno Domini millesimo quadringentesimo vige-
simo quinto. Præsentibus reverendo in Christo
patre domino Ioanne episcopo Chetmensi, Io-
anne de Szehocziny castellano Lublinensi Pre-
thwogio Grontski cantore Vladislaviensi, Zavisio
nigro, Laurentio Zargba Marschalco curiæ, Io-
anne Kraska, et aliis testibus ad præmissa.
Datum per manus venerabilium Ioannis Saf-
franiec decani Cracoviensis cancellarii, et Sta-
nislai Cotek custodis Gnesnensis vicecancel-
larii.

[illegible]

Eius, tenendi, habendi, utifruendi et perpe-
tuis temporibus possidendi, alienandi, commu-
tandi, et ad usus eiusdem praepositi ecclesiae
convertendi prout ipsis praeposito cum
fratribus et earum ecclesiae melius et utilius
videbitur expedire. Nostra tamen conscientia ad
id accedente specialiter: ratione cuius praefatus
praepositus cum fratribus singulis septimanis
duas missas, unam videlicet pro mortuis
pro animabus inclytarum Hedvigis, Annae
et Elisabeth divae memoriae, olim reginarum
Poloniae consortium nostrarum, ac omnium
fidelium defunctorum in Christo nobiscum re-
quiescentium, et aliam sabbatinis diebus pro
sanitate nostra, et inclyti nati nostri ac prae-
clarae dominae Sophiae matris ipsius con-
sortis nostrae charissimae praeclaraeque Hed-
vigis natae nostrae. Nec non serenissimi prin-
cipis domini Alexandri alias Vithaudi magni
ducis Lituaniae, illustris fratris nostri charis-
simi, cum ceteris amicis nostris perpetuis de-
cantare tenebuntur, ipsorum conscientias ad
praemissa onerantes. Harum quibus sigillum

nostrum